

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5373

**Auteur(s) :** Gautier de Chambly, Senlis (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Robert de Harcourt, Cotentin (archidiacre)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1288, janvier

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Gautier [de Chambly], évêque de Senlis, vend pour cent soixante livres tournois à l'archidiacre du Cotentin, Robert d'Harcourt, son manoir d'Yvetot et le tribunal (cohue) de Valognes.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 130, p. 256-257.

## Dissertation critique

v. st.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, Galterus, permissione divina episcopus Silvanectensis, salutem in Domino. Notum facimus universis presentibus et futuris nos vendidisse et nomine pure venditionis ex nunc in perpetuum quitavisse viro venerabili et discreto domino Roberto de Harecuria, archidiacono de Costentino in ecclesia Constantiensi, manerium nostrum situm apud Yvetot, Constantiensi diocesis, cum gardino et omnibus appendiciis et adjacentiis ejusdem domus sive manerii, et cohua nostram quam habemus apud Valonias, cum omnibus et singulis pertinentibus ad eandem, prout ipsa cohua se comportat in longum et latum, ante et retro, subtus et supra, moventes ex conquestu nostro. Tenendas et possidendas ab ipso archidiacono et heredibus ejus seu causam habituris ab ipso in perpetuum, pacifice et quiete, sub eisdem redevanciis et modo quibus ante venditionem hujus tenebamus manerium et cohua supradictam, pro centum et sexaginta libris tur. nobis a dicto archidiacono jam traditis et solutis in bona et legali pecunia et de quibus denariis tenemus nos propagati ad plenum. Et promittimus bona fide quod contra venditionem, concessionem et quitationem hujus, per nos vel per alium, in toto vel in parte, non veniemus in futurum jure, consuetudine, causa vel ratione et quacumque immo dictum manerium et cohua cum omnibus earum appendiciis, adjacentiis et pertinentiis prefato archidiacono et heredibus seu causam habituris ab ipso garantizabimus ad usus et consuetudines patrie in qua consistunt ; et renunciantes in hoc facto omni exceptioni, doli mali, deceptioni et fraudis rei ita non geste et non ita concesse actioni in factum et omnibus allegationibus sive rationibus juris et facti que contra presens instrumentum possent obici vel opponi ; et in hujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Actum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo, mense januarii.